



LATIN FOR THE NEW MILLENNIUM, Level 1

LATIN STORY TO ACCOMPANY CHAPTER 8

This story recounts how the queen of Halicarnassus, Artemisia I of Caria, fought as an ally of Xerxes against Themistocles. She led her naval forces in both the Battles of Artemisium and Salamis and offered valuable counsel to the Persian king.



The German painter Wilhelm von Kaulbach (1804–1875) shows an imagining of the Battle of Salamis. This naval battle was fought in 480 BCE by the Athenian politician and general Themistocles against Xerxes and his Persian forces. Artemisia can be seen in a golden cuirass as she draws a bow and arrow against the Greeks. Wikimedia Commons. Public Domain.

ARTEMISIA

1 Artemisia rēgina *Halicarnassiōrum* est. Nōn sōlum rēgina est sed etiam dux est et homō valdē fortis.

Xerxēs, rēx *Persārum*, cōnsilium capit et bellum contrā Graecōs gerit. Quod Artemisia socia Xerxis est, debet dare auxilium Persīs. Cum rēge *Persārum* contrā
5 Graecōs bellum parat.

Halicarnassiū multōs milītēs fortēs et multās nāvēs habent. Nāvēs Halicarnassiōrum firmant *classem* Persārum quod magnae et fortēs sunt. Milītēs armātī *optimī* sociōrum sunt. Artemisia dēcernit ad Graeciam navigāre. Dēcernit iubēre milītēs contrā Graecōs pugnāre. Rēgina timore non *movētur*.

10 *Prope Salamīnem*, Themistoclēs et milītēs armātī in nāvibus sunt. Artemisia cōsiliū Themistoclis intellegit. Quamquam rēgina dīcit petere Graecōs *periculōsum* esse, Xerxēs tamen dēcernit petere Graecōs. Rēx Persārum nōn longē ā *pugnā* manet et exspectat. Miser Xerxēs videt milītēs Graecōs vincere Persās.

15 Xerxēs *quoque* videt ducem Artemisiam in nāve esse et ad Graecōs navigāre. Videt Artemisiam magnā fortitūdine movērī et nāvēs Graecās multās vincere. Dux fortis fēmina factī.

Posteā Xerxēs dolet quod multī Persae mortuī sunt. Rēx autem magnō gaudiō movētur quod Artemisia exemplum fortitūdinis est et cōsiliū bonum dat. Praemia magna et pulchra Artemisiae dat. Dēcernit cōsilia Artemisiae semper audīre. Nunc
20 Graecī in memoriā Artemisiam habent quod exemplum praeclarum fortitūdinis est.

VOCABULA NOVA

classis, classis, f. – fleet

fortis, fortis, forte – brave

Halicarnassius, Halicarnassii, m. – inhabitants of Halicarnassus, a city in Caria (western Anatolia, now, Bodrum, Turkey)

mortuus, mortua, mortuum – dead

moveō, movēre, mōvī, mōtus – to move

nāvis, nāvis, f. – ship

optimus, optima, optimum – the best

periculōsus, periculōsa, periculōsum – dangerous

prope (*prep. + acc.*) – near

Persa, Persae, m. – Persian

pugna, pugnae, f. – fight

quod – because

quoque (*adv.*) – also

rēgina, reginae, f. – queen

Salamis, Salamīnis, f. – island of Salamis, located in the Saronic Gulf near Athens, Greece

socia, sociae, f. – (female) ally